

- 2 mus est. Primum quod † disquirendum suscipiemus, erit species, quæ continetur in *pr. l. 13. ff. de S. P. R. & est talis: Est mihi vinea, ratione cujus servitutem vicini prædii acquisivi. Sublatis dein vineis, quæritur an servitus duret? Et respondetur quod sic, cum servitus ad solum magis quam ad superficiem spectet: Quod si tamen aliter actum erit, dabitur*
- 3 *exceptio doli mali.* Aliter † fingit Glossa: Habeo magnum agrum, qui in parte est vinea &c. Sed cur magnum? cur in parte tantum vineam? Vix opus est hac additione.
- 4 Subjectum † in hac quæstione est vinea, seu alius quidam fundus. Quid sit vinea vel vinetum §. *manifestus 7. de obl. q. ex del. nasc.* cuius constat, fundus videlicet in quo vites plantantur: Figurate tamen pro ipsis interdum vitibus accipi, docet textus noster in verbis: Ideo sublatis vineis §. *38. 7. de R. D. l. 61. ff. Loc. l. quid tamen. 10. §. 4. ff. q. m. usufr. am.* Quale loquendi genus perquam multis exemplis confirmat gl. h. Ipse enim fundus neque aufertur, neque demoritur. Ubi monet Accurs. proficere † hæc scire eo in casu, ubi colonus certam partem fructuum vineæ domino singulis annis præstandam promiserit; non enim tantum vitium, sed totius terræ vineatæ, ut Bartol. loquitur, & proinde arborum quoque fructus pro parte præstabit. Nam contractus de re principali initus ad accessorium porrigitur *l. nomen 34. pr. de Leg. 3. l. inter socerum. 26. §. 2. ff. de pact. dot.* Prædicatum † est duratio servitutis etiam
- 7 sublatis vineis. Verum enim vero dubitare † posses de veritate hujus assertionis, quoniam mutatio prædii ipso jure servitutem tollit, ut patet *ex l. seqq. 14. b. §. l. 24. ff. q. m. usufr. am.* Jam vero sublatis vineis, prædium utique mutatum esse, dicendum erit. Resp. mutationem † hic non
- in-